

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[86-87\] : De Harpyis](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [86-87] : De Harpyis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[86-87\] : De Harpyis](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 06 : De Harpyis](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[86-87\] : Des Harpies](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[86-87\] : Des Harpyes](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)Latin

Paginationp. 1057-1058

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques[Harpyes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023

voluptas parum honesta auertenda: auaritia praeterea, rapina, latrocinia viro bono fugienda: subleuandi iniquè oppressi: intemperantia omnis & libido extinguenda, ad quam si quis vel paululum conuieat, ab appetentia tanquam rapidissimo fluuio deferetur ad multa turpia & viro bono planè indecora. Atque cum voluptatum omnium finis sit dolor & miseriae, si quis neglecta virtute & animi constantia ad has prolabatur, is sentiet demum quam miserum sit turpibus cupiditatibus inservire.

De Acheloo.

Neque elementorum solùm procreationem inter se mutua, aut animalium, aut ventorum ex vaporibus, aut fulminum per fabulas significabant antiqui, sed etiam fluminum ortum, & rerum singularum generationē. Quare Acheloum Oceani filium dixerunt, cum ex Oceano omnis etiam aquae dulcis natura originem capiat. Quamuis senserunt alij postea ex aere in aquam verso flumina generari.

De apro Calydonio.

At verò non vnum exemplum, sed plura fabularum nos ad Deorum cultum inuitabant, propositis etiam grauissimis supplicis illis, qui religionem neglexissent. Sic igitur Cyclops, quia Iouem contemneret, ab Ulyssè obcaecatus fuit, & aper Calydonius regionē latè deuastauit Aetolorum, quia Oëneus Dianæ cultū neglexisset. Nam cum nulla calamitas sine Deorum consilio & providentia contingat, tum nihil certè sit horum, nisi propter hominum improbitatem. Nam propter peccata veniunt aduersa.

De Centauris.

Ad reprimendam autem temeritatem impurotum & sceleratorum hominum, qui libidine & cupiditate ad quæuis turpia feruntur, quæ incommoda passi sint Centauri per res eorum gestas explicarunt. Nam qui vino immoderatus usus fuerit, qui impunis cupiditatibus obtemperarit, qui manus in res alienas violenter iniecerit, qui temperantia & æquitate in rebus omnibus uti oportere non cognouerit, hic per summum dedecus patriam, facultates, penates, liberos, vxotem relinquere cogitur, & extorris acinops inter ignotos deniq; vitam degit.

De Harpyiis.

Neq; per Typhona solùm vim ventorum antiqui explicare

nirebatur, sed etiam per fabulam Harpyiarum: nata sicuti fluviorum, fontium, imbriumque natura per Naiades ac Nymphas, per Iovis vis ignea, & pars aeris superior, per Neptunum aqua, per Vestam terra, per Junonem inferior aeris pars, sic per Harpyias vis & natura ventorum significata est ab antiquis. fuerunt enim filiae Thaniantis & sorores Iridis, quoniam imbres & nubes & venti ex eadem materia è vaporibus, scilicet petantur.

At Ethicè.

Significabant præterea per hanc fabulam avaritiam & immoderatum opum desiderium tanquam graue supplicium mortalibus esse immissum Deorum consilio, nam vel tibi ipsi, vel cæteris hominibus avarum crudelem esse necesse est, quod in comparandis opibus avarus permultorum iniurias accumulat, aut sibi detrahit necessaria. cur enim oculis capere fuit Phoenix, cui Harpyiæ epulas surripiebant, quia non videbat humanam conditionem vitæ intra angustissimos terminos includi, paucisq; esse contentam, atque id etiam confirmatur per Harpyiarum formam.

De Hesperidibus.

Hesperidum fabula excogitata fuit ab antiquis ad rerum astronomicarum rationem explicandam, per quam & horizontis obliquitatem significabant, quæ erat omnibus hominibus, præterquam habitantibus sub æquinoctiali, & sidera Solis lumine per diem occultari: at Herculem tamen perceptam siderum etiam illorum quæ occultabantur, cognitionem in Græciam detulisse, quod quidam ad studium avaritiam transferendum censuerunt.

De Atalanta.

Ut verò ante oculos mortalium proponerentur quæcunque infamant illi, qui voluptatum ductu se trahi patiuntur. Atalantam per summum capitis discrimen à nonnullis petitam fuisse dixerunt. Est enim voluptas Atalanta, quam non per pauca vitæ pericula expetimus. Hanc ubi quis consecutus fuerit, nulla habita vel Deorum vel legum reuerentia, non amplius is humanam formam animi retinebit, sed in terribilissimam beluam vertetur.

De Theseo.

Alterà ex parte difficultates & labores complures humanam vitam circumstiterent, quas res nemo superare poterit nisi optimis